



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

6. De Machinatione mortis in Coniugem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

obedientiam, subuentionē, exhibendo, *vide Corneli in Deut. c. 5. v. 16*  
*& s. Th. Opus. 7. ubi docet, Post Deū*  
 beri statim coli Parentes, ob similitudinem, quā habent cum Deo. Ea propter in legem & diuinam & naturalem filius grauiter delinquit, si parentes extra euidentem necessitatem propriæ defensionis malitiosè percutit, in qua cuique de naturæ iure licet in quocunque vim vi repellere, cum moderamine inculpatæ tutelæ. *Vide Summam Rod. Tom. 1. c. 14. & Catech. Rom. p. 3. de præcepto 4.*

VI. Machinatio in mortē coniugis si mors sequatur.

Etsi marito in vxorem permittatur moderata verberatio & castigatio, præsertim & potissimum ob prauos, & impudicos mores, cum maritos conjugalis fidei amantes nihil perinde exasperet, quàm violari sui thori, vel veritas,  
 vel

vel suspicio. At tamen acriter ob-  
iurgandi sunt viri illi, qui suas con-  
iuges instar mancipiorum, aut et-  
iam ex quacunque causa verbe-  
rant immodicè, non tantùm quod  
tales sint in periculoso statu, sed  
multò magis ob pericula prouen-  
tura dissensionis, auersionis, indi-  
gnationis, ex quibus machinatio  
in mortem coniugis plerumq; so-  
let nasci, quocunque tandem mo-  
do eueniat, per insidias, apertas  
agresiones, venenatum poculum  
&c. Colligitur ex Virculo, &  
amore Coniugum quem ad inui-  
cem eos habere oportet, iuxta  
doctrinam S. Pauli ad Eph 5 v. 25.

*Viri diligite uxores vestras.*



K 2 Caput